

ΝΕΟΣ ΕΛΛΗΝΟΜΗΜΩΝ

ΤΟΜΟΣ ΙΑ'. — 30 Σεπτεμβρίου 1914 — ΤΕΥΧΟΣ Γ'.

ΑΥΤΟΚΡΑΤΟΡΩΝ ΤΟΥ ΒΥΖΑΝΤΙΟΥ ΧΡΥΣΟΒΟΥΛΑ ΚΑΙ ΧΡΥΣΑ ΓΡΑΜΜΑΤΑ ΑΝΑΦΕΡΟΜΕΝΑ ΕΙΣ ΤΗΝ ΕΝΩΣΙΝ ΤΩΝ ΕΚΚΛΗΣΙΩΝ

(Συνήχεια ἐκ τοῦ Τόμου ΙΑ' σελ. 728).

10*.

† Ἐν ὀνόματι τοῦ πατρὸς καὶ τοῦ υἱοῦ καὶ τοῦ ἁγίου πνεύματος ἀμήν: Ἐγὼ Ἰωάννης ἐν Χριστῷ τῷ θεῷ πιστὸς βασιλεὺς καὶ αὐτοκράτωρ Ῥωμαίων ὁ Παλαιολόγος, τῷ φωτὶ τοῦ ἁγίου πνεύματος φωτισθεὶς, καὶ βουλευθεὶς τῆς σωτηρίας τῆς ἑαυτοῦ ψυχῆς πρόνοιαν θέσθαι, ἐκουσίως εἰς τὴν ἱερὰν πόλιν | τῶν Ῥωμαίων ἀφικόμενῃ τὸν τε ἁγιώτα- 5

* ἀπέγνυται τοῦ ἐλληνικοῦ τούτου πρωτοτύπου ἐν τῇ αὐτῇ παραμυγῇ ὀπισθεν τὰδε Instrumentum continens qualiter Jo. Imperator pont. dñi Urbani V, pont. sui anni VII, anno a nativitate Dñi MCCCLXIX. Rome fuit professus fidem Catholice [ecclesie . . .] declaravit et latinam ut in fine latius describitur in greco et in latino et sub bulla sua aurea.

A 59

184

Κεῖρι δὲ τοῦ Acciaiolì τὰδε [1513] mandatum procure Iohannis Constantinopolitani Imperatoris ad emittendam Fidei professionem Greco Latinoque sermone conscriptam 18 Oct. 1369.

25

Caps. III. LII 55.

Κάτωθεν δὲ τοῦ ἐλληνικοῦ πρωτοτύπου καὶ τῆς λατινικῆς ἀπέγνυται μεταφράσεως ἔπεται ἡ ὑπ' ἀρ. 12 κατωτέρω ἐκδοσμένη ἀποστολικὴ ἐπιστολὴ τοῦ πάπα.

Πανομοίωτον τοῦ ἐλληνικοῦ πρωτοτύπου ἴδε ἐν τῷ παρενθέτῳ Πίνακι δ. Ἐν αὐτῷ περιλαμβάνεται μόνον τὸ ἡμῖσι τῆς δε' ἐρυθρῶν γραμμάτων αὐτογράφου ὑπογραφῆς τοῦ αὐτοκράτορος, ἧς τὸ ἕτερον ἡμῖσι εὐρηται κάτωθεν τῆς ἀπέγνυται τοῦ ἐλληνικοῦ πρωτοτύπου γεγραμμένης λατινικῆς μεταφράσεως. Τῆς δ' ἄλλης ε' ὑπογραφῆς πανομοίωτον ἴδε ἐν τῷ παρενθέτῳ Πίνακι 6.

τον ἐν Χριστῷ πατέρα καὶ δεσπότην Οὐρβανὸν πέμπτον θεῖα προνοία
 πάπαν καὶ τὴν ἁγίαν καὶ ἀποστολικὴν καθέδραν | ὀφόμενος καὶ προσ-
 ἔτι τὴν καθολικὴν πίστιν ἐπιγνωσόμενος καὶ ὁμολογῆσων ἐν ταῖς
 χερσὶ τοῦ εἰρημένου δεσπότη τοῦ πάπα ἢ ἑτέρου τινὸς ἢ ἑτέρων εἰς |
 5 τοῦτο παρ' αὐτοῦ ταχθησομένων ἢν ἡ ἱερὰ καὶ ἁγία καθολικὴ τῶν
 Ῥωμαίων ἐκκλησία ὁμολογεῖ· κατέχει καὶ διδάσκει ὑπακουσόμενος
 τε ἐντελῶς καὶ | πρακτικῶς· ταῖς ἐντολαῖς τοῦ προειρημένου δεσπότη
 τοῦ πάπα καὶ τῶν αὐτοῦ διαδόχων, τῶν τῆς Ῥώμης ἀρχιερέων,
 10 περὶ τὴν διγενεὴν τήρησιν ταύτης τῆς πίστεως· | ὅθεν παρουσίᾳ ὑμῶν
 τῶν αἰδεσιμωτάτων πατέρων καὶ καρδηναλίων· σοῦ τὲ κ.ο.β. Γουλιέλμου
 ἐπισκόπου Ὀστιένης σοῦ Μπερνάρδου τῆς βασιλικῆς τῶν δώδεκα
 Ἀποστόλων σοῦ Φραντζίσκου τοῦ τίτλου τῆς ἁγίας Σαβίνης καὶ
 σοῦ Ραϊνάλδου διακόνου τοῦ Ἁγίου Ἀδριανοῦ τῶν τὴν ἀνάθεσιν
 15 ἔχοντων ἐπὶ τούτῳ· καὶ | παρὰ τοῦ προειρημένου δεσπότη τοῦ πάπα
 τούτου χάριν ἀποταχθέντων καὶ ὑμῶν τῶν αἰδεσιμωτάτων ἀνδρῶν,
 τῶν τῆς αὐτῆς ἀποστολικῆς καθέδρας | νοταρίων καὶ τῶν υπογραφη-
 σομένων μαρτύρων, αὐτοπροσώπως παρῶν, ὁμολογῶ καὶ πιστεύω τὴν
 ἁγίαν τριάδα· τὸν πατέρα· τὸν υἱὸν καὶ τὸ ἅγιον Πνεῦμα· ἓνα θεὸν
 παντοδύναμον ὄντα ἐν τῇ θεότητι ἐν τῇ τριάδι ὁμοῦπαρκτον καὶ
 20 ὁμοούσιον· συναΐδιον καὶ συμπαντοδύναμον· μιᾶς θελήσεως· ἐξουσίας·
 μεγαλειότητος· πάντων | τῶν κτισμάτων δημιουργόν· ἐξ οὗ τὰ πάντα·
 δι' οὗ τὰ πάντα· ἐν ᾧ τὰ πάντα· τὰ ἐν οὐρανῷ καὶ τὰ ἐπὶ τῆς γῆς·
 ὄρατά τε καὶ ἀόρατα· σωματικὰ καὶ πνευματικὰ· | πιστεύω ἕκαστον
 τῶν ἐν τῇ τριάδι προσώπων· ἓνα θεὸν ἀληθῆ· πλήρη καὶ τέλειον· πι-
 25 στεύω αὐτὸν τὸν υἱὸν τοῦ θεοῦ· τὸν λόγον τοῦ θεοῦ· αἰδίως ἐκ τοῦ
 πατρὸς γεννηθέντα | ὁμοούσιον καὶ τῆς αὐτῆς καὶ μιᾶς παντοδυνα-
 μότητος· καὶ τῷ πατρὶ κατὰ πάντα ὁμόιον κατὰ τὴν θεότητα· ἐν
 χρόνῳ γεννηθέντα ἐκ Πνεύματος ἁγίου καὶ Μαρίας τῆς | ἀειπαρθένου
 30 τὸς αἰδίον· ἄλλην δὲ ἐκ τῆς μητρὸς ὑπὸ χρόνον· ἀληθῆ θεὸν καὶ ἄν-
 θρωπον ἀληθῆ· ἴδιον ἐν ἑκατέρᾳ φύσει· καὶ τέλειον· οὐχ υἱοποι-
 θέντα· ἀλλ' οὐδὲ κατὰ φαντασίαν· ἀλλ' ἓνα καὶ μονογενῆ υἱὸν τοῦ
 θεοῦ· ἐν οὐσί· καὶ ἐκ δύο φύσεων· θείας· δηλονότι καὶ | ἀνθρωπίνης
 ἀλλ' ἐν ἑνὸς προσώπου ἰδιόκτῃ· ἀπαθῆ καὶ ἀθάνατον τῇ θεότητι·
 35 ὑπὲρ ἡμῶν δὲ καὶ τῆς ἡμετέρας σωτηρίας, ἐν τῇ ἀνθρωπότητι πεπον-
 θότα· ἀληθεὶ πάθει· τῆς σαρκὸς· ἀποθνήσκοντα καὶ ταφέντα· κατελθεῖν
 εἰς τὸν Ἄδην· καὶ τῇ τρίτῃ ἡμέρᾳ ἀναστῆναι ἐκ τῶν νεκρῶν ἀληθεὶ·
 σαρκῶς ἀναστῆσαι· τῇ τεσσαρακοστῇ | μετὰ τὴν ἀνάστασιν ἡμέρᾳ μετὰ

τῆς σαρκὸς ἧς ἀνέστη καὶ τῆς ψυχῆς εἰς τὸν οὐρανὸν ἀνελθεῖν καὶ
 καθίσαι ἐκ δεξιῶν τοῦ πατρὸς ἐκεῖθεν ἤξοντα κρίναι ζῶντας καὶ |
 νεκρούς· καὶ ἀποδώσοντα ἑκάστῳ κατὰ τὰ ἔργα αὐτοῦ· εἴτε ἀγαθὰ
 εἴτε πονηρά· ἔτι πιστεύω τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον ἐντελεῖ καὶ τέλειον καὶ
 ἀληθῆ θεόν· ἐκ πατρὸς καὶ υἱοῦ | ἐκπορευόμενον ὁμόσον καὶ ὁμο- 5
 ὑπαρκτον· καὶ συμπαντοδύναμον καὶ συναΐδιον κατὰ πάντα τῷ πατρὶ
 καὶ τῷ υἱῷ· πιστεύω ταύτην τὴν ἁγίαν τριάδα· οὐ τρεῖς εἶναι | θεοὺς·
 ἀλλ' ἓνα θεὸν παντοδύναμον· ἀίδιον· ἀόρατον ἀμετάβλητον· πιστεύω
 μίαν εἶναι, ἀληθῆ· καθολικὴν καὶ ἀποστολικὴν ἐκκλησίαν· ἐν ἧ ἔν
 δέδοται βάπτισμα· καὶ ἀληθῆς πάντων τῶν ἁμαρτημάτων συγχώρη- 10
 σις· ἔτι πιστεύω ἀληθῆ τῆς αὐτῆς σαρκὸς ἦν νῦν φοροῦμεν· ἀνάστα-
 σιν· καὶ ζῶν ἀιώνιον· ἔτι | πιστεύω· τῆς Καινῆς καὶ Παλαιᾶς διαθή-
 κης· τούτέστι τοῦ νόμου καὶ τῶν προφητῶν καὶ τῶν Ἀποστόλων ἓνα
 εἶναι δημιουργόν· τὸν θεὸν καὶ κύριον· τὸν παντοδύναμον· | πιστεύω
 ταύτην εἶναι τὴν ἀληθῆ καὶ καθολικὴν πίστιν· καὶ ταύτην ἐπὶ τοῖς 15
 προειρημένοις κεφαλαίοις κατέχειν καὶ κηρύττειν τὴν ἱερὰν καὶ ἁγίαν·
 τῶν Ῥωμαίων | ἐκκλησίαν χάριν τῶν διαφορῶν αἱρέσεων, τῶν ὑπό-
 τινων μὲν ἁγνοίας ὑπὸ τινῶν δὲ ὑπὸ πονηρίας παρεισενηγεμένων·
 λέγει δὲ καὶ κηρύττει τοὺς εἰς | εἰς ἁμαρτήματα μετὰ τὸ βάπτισμα
 ὀλισθήσαντας, μὴ δεῖν ἀναδακτιζέσθαι· ἀλλὰ δι' ἀληθοῦς μετανοίας, 20
 δύνασθαι συγγνώμης τυχεῖν· τῶν οἰκείων ἁμαρτημάτων· | ὡς εἰ ἀλη-
 θῶς μεταγνόντες ἐν ἀγάπῃ μεταχωρήσαιεν· πρὶν περὶ τῶν πεπραγμέ-
 νων καὶ παραλελειμμένων· ἀξιῶς μετανοίας καρποῦς ἐπιδειξάσθαι·
 τὰς τούτων ψυχὰς | μετὰ θάνατον· καθαρτηρίοις τιμωρίας, καθαίρε-
 σθαι· πρὸς δὲ κουφισμὸν τῶν τοιούτων κολάσεων, λυσιτελεῖν τούτοις, 25
 τὰς τῶν ζώντων πιστῶν βοήθειαις, τὰς | τῆς προσφορᾶς δηλονότι θυ-
 σίας, τὰς εὐχὰς καὶ τὰς ἐλεημοσύνας, καὶ τὰς τῆς θεοσεβείας λοιπὰς
 λειτουργίας, αἶ παρὰ τῶν πιστῶν ὑπὲρ ἄλλων πιστῶν, εἰώθησι | γίνε-
 σαι· κατὰ τοὺς ἐκκλησίας θεσμούς· τὰς τοίνυν ψυχὰς τῶν μετὰ τὸ ἱερὸν
 βάπτισμα μηδεμίαν παντελῶς ἁμαρτίας ἐπισυρομένων κηλίδα· καὶ τὰς 30
 μετὰ τὸν | ῥύπον τῆς ἁμαρτίας καθὼς εἴρηται καθαρθεύσας· εἴτε ἐν
 τοῖς ἰδίαις μενούσαις σώμασιν ἔτι· ἢ καὶ ταῦτα ἀποθεμένως, εἰς τὸν
 οὐρανὸν αὐτίκα ἀναλαμβάνεσθαι· τὰς | δὲ μετὰ τῆς πρὸς θάνατον ἁ-
 μαρτίας, ἢ καὶ τῆς προγονικῆς μόνον μεταχωρούσας· αὐτίκα εἰς τὸν
 Ἄδην κατέρχεσθαι· ἀνίσαις μέντοι δίκαιαι κολασθησομένας· ἢ αὐτῇ | 35
 τῶν Ῥωμαίων ἁγία ἐκκλησία πιστεύει καὶ βεβαίως δισχυρίζεται· ἔτι
 ἐν τῇ ἡμέρᾳ τῆς κρίσεως, οὐδὲν ἦντον πάντες ἄνθρωποι, πρὸ τοῦ βή-
 ματος παραστήσονται τοῦ Χριστοῦ· μετὰ | τῶν ἰσίων σωμάτων ἐμφα-

νισθησόμενοι· καὶ ἀποδώσοντες λόγον, περὶ τῶν ἰδίων ἔργων· ἔτι πι-
 στεύω ὡς κατέχει καὶ διδάσκει ἡ αὐτὴ τῶν Ῥωμαίων ἐκκλησία· | ἑπτὰ
 εἶναι, τὰ ἐκκλησιαστικά μυστήρια· ἐν μὲν δηλονότι τὸ βάπτισμα· περὶ
 οὐ προεῖρηται ἕτερον μυστήριον τὸ τῆς τελειώσεως· ἢ στηριγμοῦ· δι-
 5 δόμενον διὰ | τῆς ἐπιθέσεως τῶν τοῦ ἐπισκόπου χειρῶν, χρίοντος τοὺς
 ἀναγεννηθέντας· ἄλλα ἐστὶν ἡ μετάνοια· ἄλλο ἢ εὐχαριστία· ἄλλο μυσ-
 τήριον τὸ τῆς τάξεως· ἄλλο τὸ τοῦ γάμου· | καὶ ἄλλο τὸ τῆς τελευ-
 ταιᾶς κρίσεως· δὲ κατὰ τὴν τοῦ μακαρίου Ἰακώβου διδασκαλίαν, τοῖς
 ἀρρωστοῦσι δίδεται· τὸ τῆς εὐχαριστίας μυστήριον, ἐξ ἀζύμου ἱεροῦ-
 10 γει ἢ τῶν Ῥωμαίων ἐκκλησία πιστεύουσα καὶ διδάσκουσα, ἐν τούτῳ
 τῷ μυστηρίῳ τὸν ἄρτον ἀληθῶς εἰς τὴν οὐσίαν μεταβάλλεσθαι τοῦ
 σώματος καὶ τὸν οἶνον εἰς τὴν τοῦ αἵματος τοῦ κυρίου | ἡμῶν Ἰησοῦ
 Χριστοῦ· περὶ δὲ τοῦ γάμου κατέχει μῆτε, ἐνὶ ἀνδρὶ πλείους κατα ταυ-
 τὸν ἔχειν συγχωρεῖσθαι γυναῖκα, μῆτε πλείους κατα ταυτὸν ἀνδρας·
 15 μίαν γυναῖκα· τοῦ δὲ | γαμικοῦ συνδέσμου· διὰ θανάτου τοῦ ἑτέρου τῶν
 συζύγων λυθέντος καὶ δεύτερον καὶ τρίτον καὶ ἐπεξεῖς συνείρειν γά-
 μον· εἰ μόνον κώλυμα κανονικόν, ἢ ἕτερα τῆς αἰτίας | μὴ ἀντιπίπτει·
 ἔτι πιστεύω ταύτην τὴν ἱεράν καὶ ἁγίαν τῶν Ῥωμαίων ἐκκλησίαν·
 ἄκρον καὶ ἐντελὲς πρωτεῖον καὶ ἀρχὴν ἐπὶ πᾶσαν ἔχειν τὴν καθολι-
 20 κὴν ἐκκλησίαν· ἣν παρ' | αὐτοῦ τοῦ Κυρίου· ἐν τῷ μακαρίῳ Πέτρῳ,
 τῷ τῶν Ἀποστόλων ἀρχοντι καὶ τῇ κορυφῇ, οὐ διαδόχος ἐστὶν ὁ τῆς
 Ῥώμης ἀρχιερεὺς, μετὰ ἐντελοῦς ἐξουσίας· δέξασθαι ἑαυτὴν | ἀλη-
 θῶς καὶ ταπεινοφρόνως, ὁμολογεῖ· καὶ ἐπιγινώσκει· καὶ ὡς περ ὑπὲρ
 πάσας ὀφείλει τὴν ἀλήθειαν ἐκδικεῖν τῆς πίστεως, οὕτω καὶ εἰ τινα
 25 ζητήματα περὶ τῆς πίστεως ἀνακύψαιεν, τῇ ταύτης κρίσει, δεῖν ταῦτα
 ὀρίζεσθαι· πρὸς ἣν πᾶς βαρυνόμενος· ἐν ταῖς εἰς τὸν ἐκκλησιαστικὸν
 φόρον ἀνηκούσαις πραγματείαις· δύναται ἐκκαλεῖσθαι· | ἀλλὰ καὶ ἐν
 πάσαις ὑποθέσεσιν εἰς τὴν ἐκκλησιαστικὴν βίασνον ἀφορώσαις, δύ-
 νασθαι πρὸς τὴν αὐτῆς διάκρισιν ἀνατρέχειν· καὶ ταύτη πάσας τὰς
 30 ἐκκλησίας ὑποτετάχθαι· καὶ τοὺς ἐπισκόπους αὐτῶν, ταύτη αἰδῶ καὶ
 ὑπακοὴν ὀφείλειν· ἐν ἣ τοσοῦτον ἐστὶ τὸ τῆς ἐκκλησίας· πλήρωμα
 ὡς καὶ τὰς λοιπὰς ἐκκλησίας συμμεριζομένας | αὐτῇ τὰς φροντίδας
 παραλαμβάνειν· ἐξ ὧν πολλὰς ἐξαιρέτως δὲ τὰς πατριαρχικὰς· δια-
 φόροις προνομίαις, ἢ τῶν Ῥωμαίων ἐκκλησία, τετίμηκε· τῆς κατὰ
 35 πασῶν μέντοι | ταύτης ὑπεροχῆς ἀεὶ τηρουμένης ἐν τε ταῖς καθολικαῖς
 καὶ συνόδοις· καὶ ἐν πᾶσι τοῖς ἄλλοις· ὅθεν τὴν προγραφείσαν τῆς
 πίστεως ἀλήθειαν· καθὼς ἐντελῶς ἀνεγνώσθη καὶ πιστῶς | ἐξετέθη,

¹ Οὕτως ἀντὶ ἐκκλησίας.

ἀληθῆ· ἀγίαν καὶ ὀρθόδοξον πίστιν εἶναι ἐπιγινώσκω· ταύτην ἀποδέ-
 χομαι· καὶ καρδίᾳ καὶ στόματι ὁμολογῶ· ταύτην ὑπισχνοῦμαι ἑμαυ-
 τὸν ἀπαράθραυστον συντηρήσειν· καθὼς αὐτὴν ἀληθῶς κατέχει καὶ
 πιστῶς διδάσκει καὶ τηρεῖ· ἡ ἱερά καὶ ἀγία τῶν Ῥωμαίων ἐκκλησία·
 καὶ ἐν ταύτῃ διαμένειν παρὰ πάντα τὸν χρόνον· καὶ ταύτης μηδέ- 5
 ποτε κατὰ τινὰ τρόπον ἀποχωρήσειν· ἢ ἀποστήσεσθαι· καὶ παντὶ
 σχίσματι παντελῶς ἀποτάσσομαι· τότε πρωτεῖον τῆς εἰρημένης τῶν
 Ῥωμαίων ἐκκλησίας, καθὼς ἐν τῷ εἰρημένῳ περιέχεται ὑφεί έχων
 τῇ ταύτης ὑποταγῇ, προσίῳν, ὁμολογῶ, καὶ ἐπιγινώσκω· ἀποδέχομαι
 καὶ ἐκουσίως καταδέχομαι· καὶ πάντα τὰ προειρημένα· περὶ τε τὴν 10
 πίστιν τῆς ἀληθείας καὶ τὸ πρωτεῖον τῆς εἰρημένης τῶν Ῥωμαίων
 ἐκκλησίας, τὴν τε ἐπίγνωσιν καὶ ἀρέσκειαν, καὶ ὑποδοχὴν καὶ τήρη-
 σιν καὶ ἐπιμονὴν ὑπισχνοῦμαι φυλάξειν, σωματικῶς ὄρκον διδούς·
 καὶ οὕτω φυλάξαι με ὁ θεός· καὶ ταῦτα τὰ ἅγια τοῦ θεοῦ εὐαγγέλια·
 εἰ δέ τι τούτοις ἐναντίον φρονῆσαι ὁμολογήσαι ἢ ἄλλως πράξαι τολ- 15
 μήσω· σχισματικὸν καὶ ἀναθέματι συνεχόμενον· ἐξ αὐτοῦ τούτου οἶδα
 ἑμαυτὸν καὶ τῇ τῶν ἱερῶν κανόνων ὑποκείμενον αὐστηρίᾳ· εἰς δὴλω-
 σιν τοίνυν τῶν εἰρημένων καὶ ἀσφάλειαν μείζονα· τὸ παρὸν ὀρκωμο-
 τικὸν μυστικὸν ἐξεθέμην γράμμα· ἡμετέρα χεὶρὶ ὑπογράφας· καὶ
 σφραγίδι χρυσῇ κατασφαισάμενος· γραφὲν ἐν τῇ πρεσβυτέρᾳ Ῥώμῃ· 20
 ἔτει ἀπὸ τῆς τοῦ Κυρίου σαρκώσεως χιλιοστῶ τριακοσιοστῶ ἑξηκοστῶ
 ἑνάτῳ Ἰνδικτιῶνος ὀγδόῃς καθ' ἡμᾶς· μηνὶ ὀκτωβρίῳ ὀκτωκαιδεκάτῃ·†
 ἀπαλήλειπται ἐν τῇ ἐσχάτῃ συλλαβῇ ἴγγουν τῇ ὀκτωκαιδεκάτῃ διὰ
 σφάλμα τοῦ γράψαντος ἑμοῦ.

† Ἰωάννης ἐν Χριστῷ τῷ θεῷ πιστὸς βασιλεὺς καὶ αὐτοκράτωρ 25
 Ῥωμαίων ὁ Παλαιολόγος.

11*.

In nomine patris et filij et spiritus sancti. Amen. Ego Jo-
 hannes in Christo deo fidelis Imperator ac Romeorum Mode-
 rator, Paleologus, spiritus sancti lumine illustratus, volens sa-
 luti anime mee providere, sponte veni ad sacram Urbem Ro-
 manam, Sanctissimum patrem dominum Urbanum divina 5
 providentia papam V, et sanctam sedem apostolicam visita-
 turus, ac in eiusdem domini pape, vel alterius seu aliorum ab
 eo in hac parte deputatorum manibus recogniturus et profes-

* Ἰδὲ τὸ σημεῖωμα τοῦ ἀνωτέρου ἀρ. 10.

surus fidem catholicam quam sacrosancta Romana ac Universalis Ecclesia profitetur, tenet et docet, et circa perpetuam observantiam eiusdem fidei, prefati domini pape ac suorum successorum Romanorum pontificum mandatis plenarie et efficaciter pariturus, ideoque in presentia vestrum Reverendissimi patres domini Guillelme Episcopo Ostien. et Bernarde Basilice Duodecim Apostolorum, ac Francisce titul. Sancte Sabine presbiteri, et Raynalde sancti Adriani diacone Cardinales, Commissarij super hoc a prefato domino papa deputati, ac Venerabiles viri... eiusdem sedis Notarij, et testium infrascriptorum personaliter constitutus, profiteor et credo sanctam Trinitatem, patrem et filium et Spiritum Sanctum unum deum omnipotentem, totamque in Trinitate deitatem, coessentialem et consubstantialem, coeternam, et coomnipotentem, unius voluntatis, potestatis et maiestatis, creatorem omnium creaturarum, ex quo omnia, per quem omnia, in quo omnia que sunt in celo et in terra, visibilia et invisibilia, corporalia et spiritualia. Item credo singulam quamque in Trinitate personam, unum verum deum plenum et perfectum. Credo ipsum filium dei, verbum dei eternaliter natum ex patre, consubstantialem unius et eiusdem omnipotentie, et coequalem per omnia patri in divinitate in tempore natum de spiritu sancto ex Maria semper virgine, cum anima rationali, duas habentem nativitates, unam ex patre eternam, alteram ex matre temporalem, deum verum et hominem verum, proprium in utraque natura atque perfectum, non adoptivum, neque secundum fantasiam, sed unum et unicum filium dei in duabus, et ex duabus, divina scilicet et humana naturis, sed in unius persone singularitate impassibilem et immortalis divinitate, sed in humanitate pro nobis et salute nostra passum vera carnis passione, mortuum et sepultum, et descendisse ad inferos, et tertia die resurrexisse a mortuis, vera carnis resurrectione, die quadragesimo post resurrectionem, cum carne qua resurrexit et anima ascendisse ad celum, et sedere ad dexteram patris, inde venturum iudicare vivos et mortuos, et redditurum unicuique secundum opera sua, sive bona fuerint, sive mala. Credo etiam spiritum sanctum plenum et perfectum, verumque deum ex patre et filio procedentem,

coequalem, et coessentialem, et coomnipotentem, et coeternum per omnia patri et filio, credo hanc sanctam trinitatem, non tres deos, sed unum deum omnipotentem eternum invisibilem et incommutabilem. Credo sanctam catholicam et apostolicam, unam esse veram Ecclesiam, in qua unum datur baptismum et vera omnium remissio peccatorum. Credo veram resurrectionem eiusdem carnis, quam nunc gestamus, et vitam eternam. Credo etiam novi et veteris testamenti, idest legis et prophetarum et apostolorum unum esse actorem deum et dominum omnipotentem. Credo hanc esse veram fidem catholicam, et quod hanc super dictis articulis tenet et predicat sacrosancta Romana Ecclesia, et propter diversas hereses, a quibusdam ex ignorantia, et ab alijs ex malitia introductas, dicit et predicat eos qui post baptismum in peccata labuntur non rebaptizandos, sed per veram penitentiam suorum posse consequi veniam peccatorum, quod si vere penitentes in caritate decesserint, ante quam dignis penitentiae fructibus de commissis satisfecerint et omissis, eorum animas penis purgatorijs post mortem purgari, et ad penarum huiusmodi alleviationem et liberationem prodesse eis fidelium vivorum suffragia, scilicet sacrificia, orationes, et elemosinas, et alia pietatis officia que a fidelibus, pro alijs fidelibus fieri consueverunt, secundum Ecclesie instituta. Credo etiam illorum animas, qui post sacrum baptismum susceptum, nullam omnino peccati maculam incurrerunt, illas etiam que post contractam peccati maculam, vel in suis manentes corporibus, vel eisdem exute, prout dictum est superius sunt purgate, in celum mox recipi, Illorum autem animas qui in mortali peccato, vel cum solo originali decedunt, mox in infernum descendere, penis tamen disparibus puniendas, eadem sancta Romana Ecclesia credit et firmiter asseverat, et quod nichilominus in die iudicij omnes homines ante tribunal Christi cum suis corporibus comparebunt, reddituri de factis proprijs rationem. Item credo sicut tenet etiam et docet eadem Ecclesia Romana septem esse ecclesiastica sacramenta, unum scilicet baptismum, de quo dictum est supra. Aliud est sacramentum confirmationis quod per manus impositionem Episcopi conferunt, crismando renatos. Aliud est penitentia. Aliud est eucharistia.

Aliud est sacramentum ordinis. Aliud matrimonij. Aliud est extrema unctio, que secundum doctrinam beati Jacobi infirmantibus exhibetur. Sacramentum eucharistie ex azimo sacrificat Ecclesia Romana predicta tenens et docens, quod in ipso
 5 sacramento panis vere transmutatur in corpus, et vinum in sanguinem domini nostri Jhesu Christi. De matrimonio vero tenet, quod nec unus vir simul plures uxores, nec una mulier simul habere permittitur plures viros. Soluta vero lege matrimonij per mortem alterutrius coniugum, secundas et tertias
 10 et deinceps nuptias successive licitas esse dicit, si impedimentum canonicum, et causa alia non obsistat. Ipsa quoque sacrosancta Romana Ecclesia, summum, et plenum primatum et principatum super universam catholicam Ecclesiam obtinet, quem se ab ipso domino, in beato Petro apostolorum principe
 15 seu vertice, cuius Romanus pontifex est successor, cum plena potestate recepisse veraciter et humiliter recognoscit, et sicut pre ceteris tenetur fidei veritatem defendere, sic et si que de fide suborte fuerint questiones, suo debent iudicio diffiniri, ad quam potest gravatus quilibet in negotijs ad forum ecclesiasticum pertinentibus appellare, sed et in omnibus causis ad
 20 examen ecclesiasticum spectantibus, ad ipsius recurri potest iudicium, et eidem omnes Ecclesie sunt subiecte, Ipsarumque Episcopi obedientiam et reverentiam sibi debent, apud quam sic plenitudo potestatis consistit, quod ecclesias ceteras ad solitudinis partem admittit, quarum multas patriarchales precipue, diversis privilegijs eadem Romana Ecclesia honoravit, sua tamen precellenti dignitate, et superioritate, tam in generalibus concilijs, quam in quibuscumque alijs semper salva,
 25 Unde suprascriptam fidei veritatem, prout plene lecta est, et fideliter exposita, veram, sanctam, et orthodoxam fidem esse recognosco, eam accepto, et corde ac ore profiteor, ipsamque, prout eam veraciter tenet, et fideliter docet et predicat sacrosancta Romana Ecclesia, me inviolabiliter servaturum, et in ea omni tempore perseveraturum, nec ab ea ullo tempore recessurum, seu quoquo modo deviaturum promitto, et abrenuntio omni scismati. Primatum quoque ipsius sacrosancte
 30 Romane Ecclesie, prout in premissa serie continetur, ad ipsius Ecclesie obedientiam spontaneus veniens, fateor et recogno-

sco, accepto, ac sponte suscipio, et me omnia premissa, tam circa fidei veritatem, quam circa dicte Ecclesie Romane primatum, et ipsorum recognitionem, acceptationem, susceptionem, observantiam, et perseverantiam servaturum, prestito corporaliter iuramento promitto et confirmo, sic me deus adiuvet, et hec sancta dei evangelia. Quod si contra hec aliquid sentire, confiteri, aut alias agere presumpsero, me scismaticum, et anathematizatum eo ipso recognosco, ac severitati sacrorum canonum subiacere. Ad certitudinem igitur predictorum, et cautelam maiorem, presens iuramentum mysticum exposui instrumentum, propria manu subscriptum, et bulla aurea munitum. Scriptum in antiqua Roma, anno ab incarnatione domini Millesimo Trecentesimo Sexagesimo nono, Indictione Septima, die Decima octava mensis Octobris.

12.

In Christi nomine. Amen. Noverint universi presentia litteras et instrumentum publicum inspecturi, quod suprascripti Reverendissimi patres domini dei gratia Guillelmus Episcopus Ostiensis et Bernardus Basilice. XII. Apostolorum, et Franciscus tituli Sancte Sabine presbiteri, ac Raynaldus Sancti Adriani diaconus Cardinales Commissarii super hijs per dictum Sanctissimum patrem et dominum, dominum Urbanum divina providentia papam V, per eius litteras apostolicas sua consueta bulla plumbea, in filo canapis munitas, ibidem lectas huius tenoris. Urbanus episcopus servus servorum dei, Venerabili fratri Guillelmo Episcopo Ostiensi, et dilectis filijs Bernardo Basilice Duodecim Apostolorum, ac Francisco tituli Sancte Sabine presbiteris et Raynaldo Sancti Adriani Diacono Cardinalibus, salutem et apostolicam benedictionem. Cum magnificus Princeps Iohannes Imperator Grecorum Illustris noviter ex devotione, ac fervore catholice fidei, ad Urbem accesserit, sanctam sedem apostolicam visitaturus, et eius ordinationi et mandatis, in hijs que dictam fidem concernunt, tanquam princeps Catholicus perpetuo pariturus, nos volentes eundem Imperatorem, in prima eius visione ac receptione, tanquam Catholicum principem, et alios Grecos, tam

clericos et religiosos, quam etiam prelatos, et laicos existentes
 cum eo, qui ad eiusdem Ecclesie venire voluerint unitatem,
 professione dicte fidei, ac iuramento, et abiuratione, secundum
 debitas formas, alias per clare memorie Michaelē Paleolo-
 5 gum Imperatorem Grecorum, predecessorem eiusdem Impe-
 ratoris, in simili casu servatas, premissis, ad pacis osculum
 et alias decenter et licite recipere, et congrue honorificationis
 impendijs honorare, de vestra quoque sinceritate ad dictam fi-
 dem, ac circumspectione, gerentes in domino fiduciam ple-
 10 niorem, vobis et tribus vestrum recipiendi nomine nostro et
 dicte Ecclesie ab eisdem Imperatore ac Grecis alijs, clericis et
 religiosis, etiam quacumque prelacione fungentibus, huius-
 modi professionem, iuramentum et abiurationem, secundum
 formas contentas in nostris apostolicis litteris, quas Vobis cum
 15 presentibus destinamus, et exinde confici faciendi publica in-
 strumenta, et litteras, eorundem Imperatoris et aliorum qui
 profitebuntur, iurabunt et abiurabunt sigillis, signisque mu-
 nitas, plenam concedimus, auctoritate apostolica tenore pre-
 sentium facultatem. Dat. Viterbij Nonis Octobris, pontificatus
 20 nostri anno Septimo. Specialiter deputati Reverendissimum
 patrem dominum Paulum dei et apostolice sedis gratia Patri-
 archam Constantinopolitanum, ac Venerabilem patrem domi-
 num fratrem Nicolaum Episcopum Drenopolitan., et Religio-
 sum Virum fratrem Antonium de Athenis ordinis fratrum Mi-
 25 norum scientes sicut ipsi simul, et quilibet eorum de alijs
 duobus asserebant linguas et litteras ac grammaticas latinas
 et grecas, in hac parte interpretes assumpserunt, qui in mani-
 bus dicti domini Francisci Cardinalis, nomine ac de consensu
 et voluntate dictorum aliorum dominorum Cardinalium recipi-
 30 entis, ad sancta dei evangelia eis tactis iuraverunt, fideliter
 interpretari et exponere suprascriptam professionem seu scri-
 pturam grecam, et verba suprascripti serenissimi Principis
 domini Iohannis Imperatoris Romeorum alias Grecorum ibi-
 dem presentis et suorum interpretum quorumcumque et fide-
 35 liter ipsis dominis Cardinalibus in hac parte referre et dicere
 quicquid referendum fuerit et dicendum. Post hec sicut iidem
 interpretes retulerunt dictus dominus Imperator mandavit
 nobili viro domino Demitrio Cydoni Militi Cancellario suo

scienti prefatas linguas, litteras, et gramaticas grecas et latinas quem ibidem assumpsit pro suo interprete ac lectore suprascripte professionis seu scripture scripte in greco, quod ipsam professionem seu scripturam loco ipsius Imperatoris prout est scripta fideliter legeret in presentia dominorum 5 Cardinalium prefatorum, et testium infrascriptorum, qui dominus Demetrius, per et secundum relationem latinam dictorum interpretum ipsam professionem seu scripturam legit fideliter de verbo ad verbum prout superius continetur. Deinde ut dicta professio haberetur in greco et latino sermone 10 Ego infrascriptus Nicolaus notarius, de mandato dictorum dominorum Cardinalium, dictam professionem scriptam in latino fideliter legi de verbo ad verbum, et prout dicti domini Patriarcha et Episcopus Drenopolitan., et frater Antonius, et dominus Demetrius asseruerunt in virtute prestiti iuramenti 15 per eos retulerunt eidem domino Imperatori, in lingua greca ut dixerunt, quod dicta professio scripta in latina gramatica concordabat in effectu cum dicta professione seu scriptura greca lecta per prefatum dominum Demitrium, quam ipse dominus Demetrius ex ipsa scriptura latina in grecam litteram 20 se asseruit transtulisse, qua professione per me Nicolaum lecta, ipse dominus Imperator per et secundum dictorum interpretum relationem dixit, quod omnia et singula contenta in eadem professione seu scriptura firmiter credebat, ac ea professus est, recognovit, acceptavit, promisit, suscepit et affirmavit, ac perpetuo credere, tenere, et servare ad sancta dei evangelia, eis ibidem cum ambabus manibus tactis, in manibus dictorum dominorum Cardinalium, nomine prefatorum domini pape et Romane Ecclesie recipientium, promisit et iuravit, et contentus fuit de ipsa scriptura in latina gramatica, etiam 30 suas imperiales litteras fieri, et eisdem suam auream bullam appendi, dicens quod se manu propria subscriberet in eisdem. De quibus omnibus prefati domini Imperator et Cardinales requisiverunt per nos infrascriptos Notarios fieri publicum instrumentum. Acta sunt hec Rome in domo Hospitalis Sancti Spiritus in Saxia, quam Reverendissimus in Christo pater dominus Nicolaus dei gratia Sancte Marie In Via Lata diaconus Cardinalis habitabat, videlicet in eius camera superiori,

Anno Nativitatis domini Millesimo Trecentesimo Sexagesimo nono. Indictione septima. Die decima octava mensis Octobris, suprascripti Sanctissimi patris, et domini, domini Urbani, divina providentia pape V, anno septimo, presentibus dicto domino Nicolao Cardinali, ac Reverendis in Christo patribus, dominis dei gratia Arnaldo Archiepiscopo Auxitan. Camera-
rio, et Raymundo de Pratis Notario prefati domini pape, ac Raymundo ForoJulien, Jacobo Aretin., et Bernardo Marsican. Episcopis, ac Venerabilibus viris dominis Eblone de Mederio,
et Petro de Albiartz Clericis Camere, ac Gauselino de Pradallo
Capellano prefati domini pape, necnon nobilibus Viris domi-
nis Francisco Cathalusii de Janua, domino Insule Metelini,
et Michaele Strongilo Milite, et Phylippo Cichandelli Domi-
cello Constantinopolitan. ambobus ultinis scientibus linguas
et gramaticas grecas et latinas, testibus ad hec specialiter
vocatis et rogatis, qui quidem domini Eblo et Petrus Clerici
Camere, apostolica auctoritate tabelliones seu notarii rogati
etiam fuerunt de premissis conficere publicum instrumentum.

(Ἐἴτα δ' ἔπεται ἡ σφραγὶς καὶ κατόπιν αὐτῆς τάδε·)

Ego Nicolaus quondam Checcoli de Romanis de Auximo,
apostolica et imperiali auctoritate notarius seu tabellio, dicto-
rumque domini pape, et Sancte Romane Ecclesie notarius
assumptioni interpretum et lectoris, ac lectioni, relationi, iu-
ramentorum prestationi, et omnibus et singulis supra scriptis,
dum per prefatos dominos Imperatorem Cardinales et inter-
pretes agerentur, una cum prenomminatis Notarijs et testibus
interfui, et rogatus fui de ipsis conficere publicum [sic] instru-
mentum, eaque omnia prout in littera latina scripta sunt,
propria manu scripsi, et in hanc publicam formam redegī, et
signum meum apposui consuetum.

(Μετὰ δὲ ταῦτα δίστυλον σημείωμα, οὗ ἡ μὲν πρώτη στήλη
μετὰ τὸ οἰκτεῖον σημεῖον τοῦ νοταρίου περιέχει τάδε·)

Ego Eblo de Mederio Clericus Camere domini pape Apo-
stolica auctoritate notarius omnibus et singulis suprascriptis
dum agerentur una cum notario et testibus supranominatis
interfui, de ipsisque per prefatos dominos Imperatorem et

Cardinales rogatus fui conficere publicum Instrumentum meque hic propria manu subscripsi et signum meum aposui [sic].

(Ἐν δὲ τῇ δευτέρᾳ σελήῃ μετὰ τὸ οὐκ εἶναι σημεῖον τοῦ νοταρίου ἔπονται τὰδε).

Et ego Petrus de Albiartz clericus Camere domini nostri pape Apostolica auctoritate Notarius omnibus et singulis suprascriptis dum agerentur una cum notariis et testibus supernominatis interfui, de ipsisque per prefatos dominos imperatorem [sic] et Cardinales fui rogatus et requisitus facere publicum instrumentum meque hic manu propria subscripsi et apposui signum meum. 10

13*.

Nos Iohannes in Christo deo fidelis Imperator ac Romeorum Moderator Paleologus. Notum facimus Universis presentes litteras inspecturis quod cum die decimaoctava mensis Octobris proxime pre[teriti] in sacra Urbe Rome fecerimus professionem catholice fidei per Reverendissimos patres dominos Guillelmum Episcopum Ostiensem et Bernardum Basilice XII. Apostolorum, ac Franciscum titul. Sancte Sabine presbiteros et Raynaldum Sancti Adriani diaconum, Cardinales, per Sanctissimum patrem, dominum Urbanum divina providentia papam, V. ad hoc specialiter deputatos nobis exhibitam, sponte fecerimus sub certa forma, prout apparet per publicum instrumentum nostra propria manu subscriptum, nostraque bulla 10

* "Ὁμοθεν ἄλλη χειρὶ τὰδε" Littera dñi Jo. Imperatoris Romeorum moderator paleologus Rome de mense Januarij anni MCCCLXX, Inditione VIII, pontificatu dñi Urbani V. coram certis dñis Cardinalibus fuit professus fidem catholicam, et se credere et intelligere Romanam ecclesiam et articulos fidei videlicet Credo hanc esse veram fidem catholicam etc, et sub bulla aurea.

"Ἄλλη δὲ χειρὶ τὰδε" In tertio Volumine a fol. 197.

Collationate per me Johannem Gerones Camere apostolice Notarium.

Mmm


56

Caps. III.

aurea communitum, et in eadem professione inter alia contineatur talis articulus videlicet, Credo hanc esse veram fidem catholicam, et quod hanc super dictis articulis tenet et predicat Sacrosancta Romana Ecclesia etc. Dicimus ad omnem ambiguitatem tollendam, nos credere et intelligere Romanam Ecclesiam, cui nunc preest prefatus dominus papa, et sui predecessores Romani Pontifices prefuerunt, prout credunt [et] intelligunt catholici christiani, in occidentis partibus constituti. In cuius rei testimonium presentes litteras nostre auree bulle munimine fecimus communiri, et nos hic nostra manu subscripsimus ut est moris. Dat. Rome die mensis Januarij Anno Nativitatis domini Millesimo Trecentesimo Septuagesimo. Indictione Octava, Pontificatus dicti domini pape Anno Octavo.

16 Ἰωάννης ἐν Χριστῷ τῷ θεῷ πιστὸς βασιλεὺς καὶ αὐτοκράτωρ Ῥωμαίων ἑ. Παλαιολόγος.

Παρατίθεται ἐνταῦθα πανομοιότυπον τῆς ἑλληνικῆς ὑπογραφῆς τοῦ αὐτοκράτορος μετὰ τῶν τελευταίων στίχων τοῦ λατινικοῦ κειμένου.



ΥΠΟΓΡΑΦΗ ΤΟΥ ΑΥΤΟΚΡΑΤΟΡΟΣ ΙΩΑΝΝΟΥ Ε' ΠΑΛΑΙΟΛΟΓΟΥ
ΜΕΤΑ ΤΩΝ ΤΕΛΕΥΤΑΙΩΝ ΣΤΙΧΩΝ ΤΟΥ ΥΠ' ΑΡΙΘ. 13 ΛΑΤΙΝΙΚΟΥ ΧΡΥΣΟΒΟΥΛΛΟΥ

(Ἐπὸρται ἐν τῷ προεφεθέντι τεύχετι αἱ εἰς ἐκείνην ἐγγράφου παρατηρήσεις).

...

ΠΑΡΟΡΑΜΑ. Ἐν σ. 106 στ. 1 ἀντὶ παλαιῆς γράφης παρῆς.